Confaederationem Pragensem seu Camenensem cum sua invalida praesumpta ac violenta electione, Pseudo Coronatione Senatus Constitutione 1576, cum damnis Consulta et Conclusa et velmaxime nunc Constitutam Dietam seu Comitia Specioso Nomine Pacificationis Vocata, cum id potius extremum jugulum effatae et exoticis Armis inundatae Reipcae praeseferat, tanquam Contra exercenda et tot legibus damnata Conventicula se totis Viribus opponendo, offerentes se cum Gratia Dei et auxilio Serenissimorum Colligatorum Reipcae Nrae, specialiter Serenissimi Invictissimi et Christianissimi Regis Galliarum, haec omnia si pace non poterimus, bello ultimaq Sanguinis Nostri profusione Vindicaturos Velle Majorumq Nostrorum Saeculis partam Libertatem et Electionem Serenissimi Stanislai I Regis et D.N.C. vita ipsa asserere. In quorum Fidem praesentem Manifestationem manibus Nostris Subscripsimus. Datum in Pago Rakszyn penes Chotimum. Die 6. Augusti 1735. Ao.

Samuel de Ossa Ozga Episcopus Kijoviensis Czerniechoviensis.
Josephus Sapiecha Thesaurarius Curiae M.D.Litt.

Ex Palat. Cracovien. Ducatu Zatoriens. Osviecim. — 5.
Ex Palatinatu Posnaniensi — 6.
Ex Palatinatu Vilnensi — 5.
Ex Palatinatu Sandomiriensi — 30.
Ex Palatinatu Calisiensi — 3
Ex Palatinatu Troccensi — 4.
Ex Palatinatu Siradiensi — 2
Ex Palatinatu Lanciciensi — 3.
Ex Ducatu Samogitiae — 1.

Ex alijs